



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 130. Pauli Foxii Tolosani Archiepiscopi fatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

res annos in Germania moratus tan- Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.  
dem Romam reversus ibidem octoge-  
nario minor anno post Christum natum  
millesimo quingentesimo octogesimo  
quarto decessit.

## §. CXXX.

*Pauli Foxii Tolosani Archiepiscopi  
fatum.*

**L**ugebat etiam hoc anno Francia ja- Thuan. l.c.  
Sanmarth.  
elog. Dott.  
Gal. 1.3  
Gall. Christ.  
cturam duorum celebriorum Viro-  
rum, qui patriæ suæ ornementum ex-  
stitere, eorumque primus fuit Paulus  
Foxius Joannis Foxii, seu Fuxii Carma-  
nii Comitis Filius, & postea Tolosanus  
Archipræsul, qui olim in Parisiensi Cu-  
ria Senator, ac dein Anglicana, Po-  
lona, & Veneta, necnon & aliis lega-  
tionibus summa cum prudentiæ laude  
felicissime defunctus fuit, atque ulti-  
mis Henrici II. temporibus Romam ad  
Gregorium XIII. Legatus decerneba-  
tur, cumque in almâ hac urbe Orato-  
rem regium ageret, inter sacra morbo  
repentino correptus optime meritam de  
patria, & Rege animam Deo hoc anno  
exeunte Majo reddidit, ætatis anno quin-  
quagesimo sexto, ceterum defuncto in  
Beati Ludovici Ecclesia Gallis propria  
magna pompa parentatum fuit quarta  
Calendis Junii, ubi Magister Antonius  
Muretus celebris illo ævo Orator mor-

*Hist. Eccles. Tom. L.*

Q tuum

**Sæcul XVI.** tuum oratione funebri commendabat.  
**A.C. 1584.** Hic idem Henrici II. regimine ad finem vergente Regis indignationem incurrebat, Rex tamen cognito errore suo postea illum innocentem declaravit, pristinæque dignitati restituit, quamvis Paulus ex eo tempore semper Curiæ Romanæ suspectus esset, donec debitum erga summum Pontificem obsequium, ac submissionem luculentius testaretur. Huic Præfuli, dum Romæ agebat, a secretis erat celebris Ossatus postea Cardinalis, qui etiam Pauli Föxxii epistolas collegerat.

### §. CXXXI.

#### *Vidi Fabri Pibracii obitus.*

**Thuan. l. c.** Alter erat Vidus, seu Guido Faber Pi-  
**Carol. Pasch.** bracius, cuius saepius in Historia  
**vit. Pibr.** nostra meminimus. Hic quartus Petri  
**Blanchard.** Fabri Puiolii, ac in Tolosana Curia  
**hist. de Præ-** fid. de Paris. Præsidis Filius Parisiis evoluto studio-  
rum curriculo Italianam peragrabat, ac  
cujusdam Curiæ Senator magnam sibi  
laudem promerebatur, & postea judex  
fuit creatus, quo munere auctus ab  
Urbe Tolosana ad Aurelianensia comi-  
tia deputabatur. Ceterum Guido in-  
ter ævi sui Doctores ingenii acie longe  
præstantissimus, ac morum suavitate  
insignis latini sermonis peritia, verbus  
que gallicos pangendi facilitate emi-  
nebat,